



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

XLI. Markgraf Ludwig überläßt dem Arnold Gröpke die Gerichte und den Lehndienst über den Schulzenhof zu Steinvelt, am 17. Juli 1345.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

annuorum reddituum sita in precaria ville sehonenberg ducentarum marcarum gratia, in quibus sibi rite obligamur, cum omni iure vsu fructu comodo et honore dictis XVIII frustis ex debito et ex iure pertinentibus perpetuis temporibus pacifice et quiete sine impedimento quolibet possidenda. Referuantes nobis nostris heredibus et succesforibus reemptionis predictorum reddituum pro premisa pecunia plenariam, dum voluerimus, facultatem. In cuius etc. testes sweicker, wolffstainer, husener, hele, altman, satzenhouer, magister coquine, Loterpeck. Datum Spandow, anno M,CCC,XLV. in die Georgii.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. CLXXVIII.

**XL. Markgraf Ludwig verleiht an Henning Topp zur Sühne seines getödteten Sohnes Hebungem in Waldenrode, Molnbeck und Büsche, am 28. April 1345.**

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus etc. strenuo viro hen. top fideli nostro dilecto suisque veris et legitimis heredibus, filii sui henningi, qui quondam in sehufen interiit, in emendam, redditus annuos subnotatos, videlicet in villa waldenrode precariam duorum mansorum cum dimidio cum supremo iudicio mansorum predictorum, qui mansi cum iudicio supremo pro altero dimidio frusto computantur: In villa Molnbecke duo frusta et vnum equum pheodalem, pro vno frusto etiam computatum, et in villa Buesthe precariam octo mansorum pro tribus frustis et octo solidis annue solutionis taxatam seu tantum soluentem, vt premititur, cum omnibus iuribus, graciis, comodis et honoribus, quibus idem redditus nobis pertinebant hactenus, in antea perpetuis temporibus pacifice et quiete sine impedimento quolibet possidenda. In cuius etc. Testes Buch, sweiker, magister coquine, wolf. Datum spandow, anno M,CCC,XLV., feria V ante walburgis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. CLXXIX.

**XLI. Markgraf Ludwig überläßt dem Arnold Gröpke die Gerichte und den Lehndienst über den Schulzenhof zu Steinvelt, am 17. Juli 1345.**

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuo viro arnoldo dicto gröpke suisque veris et legitimis heredibus equum pheodalem ex curia sculteti ville dicte steinvelt more solito deservire nobis debentem, Judicium eiusdem curie nec non alia iura nobis in ipsa curia quomodolibet competentia, ob id, vt nobis, sicuti ceteri vafalli siue subditi nobis obsequuntur, fideliter obsequatur, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet possidendum, tenendum pariter et habendum. In cuius etc. Testes mantiner, swyker, wolfsteiner, helbe. Datum vrankinfürd, anno XLV dominica ante marie magdalene.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. CXC.